ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 94r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



hoc uero contra naturam cum uiris libidinis
peccatum acrioris elementi uindicatur in
cendio; et illic terra aquis abluta reuires
cit. hic flammis cremata aeterna sterilita
te arescit; queritur de caelo quare uindic
ta est. sup habitatores impios ciuitatum
illarum. quia clamor peccantiū in caelū
ascendisse dicitur. id circo de caelo punien
di erant; cur sulphureo igne puniebantur
ut putidissimus libidinis ardor. puti
dissimo flammarū ardore punirentur;
Respiciensque uxor eius post se uersa est
in statuam salis; cur aū uxor loth in sta
tuam salis uersa est? ad condimentū fide
lium; quia punitio impii eruditio. ē iusti;
Ascendit que loth de segor et mansit in mon
tem. due quoque filie eius cum eo. timue
rat enim manere in segor; usque quo ait.
conceperunt ergo duae filie eius loth
de patre suo; Quo enim consilio filie loth dū
concubitum patris petierunt. uel ab inces
tu purgari possunt; dum Hoc scientes fecerūt
ille uero quasi nesciens? Uidetur namque